



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXXV. Die Grafen Ulrich und Albert von Regenstein überlassen dem Kloster Hillersleben ihre Rechte auf die Schirmvogtei, am 12. März 1272.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

uentu, quos ei in festo dominorum ut annuos redditus ministrabant. In cuius rei testimonium presentem literam conscribi iussimus et sigillis, nostro scilicet et capituli nostri, fecimus sigillari. Datum magdeburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup> LXVII., IX. kal. maj, Pontificatus nostri anno primo.

Cop. I, fol. 21.

XXXV. Die Grafen Ulrich und Albert von Regenstein überlassen dem Kloster Hillersleben ihre Rechte auf die Schirmvogtei, am 12. März 1272.

Nos olricus et albertus, dei gracia Comites de Regensten, tenore presencium publice protestamur, Quod aduocaciam ecclesie in hildefleue vendidimus Abbatem (sic) et conuentui eiusdem loci sub hac forma, ut nobis infra hinc et festum beati Galli Quingentas marcas examinati argenti integraliter debeant persoluisse, preterea, quibuscunque uoluerit abbas et conuentus, eandem aduocaciam porrigemus, si ab Abbate et ecclesia ammoniti fuerimus, ut eandem aduocaciam totaliter resignemus. Receptores vero data fide promittent nobis, ut nobis resignent eodem sub momento aduocaciam memoratam. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXII<sup>o</sup>., III. ydus Marcii, Halberstadii, in curia domini Comitis Senioris.

Cop. II, fol. 25.

XXXVI. Bischof Volrad von Halberstadt stellt in Ansehung der Vogtei des Klosters Hillersleben das im Jahre 1214 getroffene Verhältniß her, am 18. Mai 1273.

Volradus, dei gracia halberstadenfis ecclesie episcopus, Hermannus, prepositus, Wiegerus, decanus, totumque eiusdem ecclesie capitulum omnibus in perpetuum. Quoniam antiquus hostis, cuius mille sunt modi nocendi, contra religiosos plures uerfucias et fallacias inquit, quibus eos a proposito sancto reuocet, et in executione mandatorum dei perturbet; Ideo vigilantissimo studio debemus incedere, quod subjectis nobis monasteriis consulamus taliter, quantum scimus et possumus, ut quiete uiuant, et diuinis obsequiis cum serenitate cordis iugiter ualeant occupari. Nouerint igitur uniuersi, tam presentes quam futuri, quod nos dilectorum nobis in cristo Bartoldi abbatis tocius conuentus monachorum, hildefleuenfis monasterii ordinis sancti benedicti, deuotis precibus inclinati, libertates et priuilegia, per uenerabilem patrem dominum fridericum, quondam ecclesie nostre episcopum, quoad ius aduocacie eidem indulta, presentis scripti patrocinio duximus innouanda, prefatum monasterium eadem uel uberiori gracia cum fauore plenissimo per omnia profequi cupientes. Ad cuius euidentiam predicti patris et domini friderici auctenticum huic instrumento de uerbo ad uerbum duximus inferendum: (No. XVII).